



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 48. Retractationes S. Augustini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V. nec ex Gratia contra Correctionem arguentur. In potestate hominis est, ut velit, aut nolit, sed salva omnipotentia Dei, qui voluntatis humanæ absolutus est Dominus. Pro culparum modo oportet nos proximum corripere, & sine discrimine omnium hominum salutem procurare, quia illos non discernimus, quos Deus Gratia efficaci salvare vult, & cura, quam adhibuerimus, certe utilis, saltem nobis futura est. Coeterum S. Augustinus alibi clare docet, Deum velle, ut omnes homines salventur; verum ab eis liberum arbitrium non aufert, ex cuius bono, vel perverso usu iustissime iudicantur. Ostendit etiam, Deum Auctorem peccati non esse, quod ex uniuscujusque voluntate dependeat, ut Gratiæ externæ, vel internæ consentiat, vel non consentiat.

De spir. & litt. c. 33. n. 58. c. 34. n. 60.

§. XLVIII.

Retractiones S. Augustini.

Poss. vit. c. 8. Hoc opus de Correctione, & Gratia ultimum est, cujus S. Augustinus in suis Retractionibus, circa annum 427. compositis, mentionem facit. Jam diu propositum ipsi fuerat, omnia opera sua retractare, quæ, publicæ lucis facta, alio modo, quam censura publica, corrigere non poterat; sed has scribere volentem hactenus aliæ occupationes, magis necessariæ,

faria, prohibuerant. Quindecim jam ^{Sæculum V.} annis opus aggredi meditabatur, ut ex ^{A. C. 427.} aliqua Epistola, ad Marcellinum data, apparet. Tandem, Eraclio in Successorem designato, cum plus otii esset, laborem hunc incepit, & duobus libris absolvit, cujus primus omnia opera, a conversionis ejus tempore, etiam ante Baptismum, usque ad susceptum Episcopatum scripta, complectitur, secundus omnia reliqua usque ad tempus, quo hæc scribebat. Omnes libros suos ordine, quo scripserat, quoad poterat, retractat, cupiens, ut ab aliis eodem ordine legerentur, quo facilius scribentis in Doctrina Christiana profectum dispicerent. Initium ducit a tribus libris de Academicis, & libro de Correctione, & Gratia claudit; notat, quæcunque reprehendenda invenit, etiam levis momenti errores, ubi vero ab aliis male inculatus fuit, viriliter se defendit. Nonaginta tria opera in ducentis triginta duobus libris enumerat, & fatetur, se, instantibus fratribus compulsus, hos duos Retractationum libros edidisse, antequam Epistolas suas, & sermones revolvere incepisset. Epistolas deinde retractare cœpit, sed tempus defecit, ut ad finem pervenire non posset.

§. XLIX.

Conversio Leporii.

Sub illud tempus Leporius, institutione ^{Cass. 1. in com.} Episco- ^{c. 2. 3. 4. Gen.} nad. ^{script.} ^{c. 59.}

*Ep. 224. ad
Quodvult.
II. Retract.
c. 67.*

D. E. 224.